3 1761 05463820 0

BX
8712
A7
1784

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/clavishieroglyph00swed

CLAVIS HIEROGLYPHICA Arcanorum Naturalium & Spiritualium, PER VIAM REPRÆSENTATIONUM ET Correſpondentiarum.

Ab EMANUELE SWEDENBORG.

LONDINI:

Typis ROBERTI HINDMARSH.

M. DCC. LXXXIV.

BX
8712
A7
1784

13864
14/4/93

CLAVIS HIEROGLYPHICA
Arcanorum
NATURALIUM ET SPIRITUALIUM,
PER VIAM
Repræſentationum & Correſpondentiarum.

EXEMPLUM PRIMUM.

QUAMDIU perdurat motus, tamdiu durat conatus, nam conatus eſt vis naturæ motrix, ſolus vero conatus eſt vis mortua.

Quamdiu continuatur actio, tamdiu continuatur voluntas; nam voluntas eſt mentis humanæ conatus agendi. Ex ſola voluntate nulla ſequitur actio.

Tam perpetua eſt operatio divina, quam eſt ejus Providentia; nam Providentia eſt Divina operandi voluntas; ex ſola vero Providentia nulla ſequitur operatio.

Sequentia ſibi mutuo correſpondent. 1. *Motus, Actio, Operatio.* Actio quidem tribuitur etiam naturæ, quare loco motus ſubſtitui potuiſſet Actio; verum Actio proprie fluit ex principio, quod ex ſe agere poteſt, ſeu cui ineſt voluntas, proinde ex mente humana. Etiam actio, ſed frequentius operatio de Providentia Divina ſolet prædicari, quamvis non ſit vox ſpiritualis. 2. *Conatus, Voluntas, Providentia.* Quod Conatum ſpectat, eſt

eſt vox mere naturalis; Voluntas vero eſt mentium rationalium; Providentia eſt ſolius Dei. Quod Voluntas & Conatus ſibi mutuo correſpondeant, videatur paragraphus de Voluntate; at quod Providentia, apparet exinde, quod ſicut Voluntas involvit omnem Actionem humanam; ita Providentia omnem operationem Divinam, ſeu Voluntatem ejus univerſalem. 3. *Natura, Mens humana, Mens divina, ſeu Deus.* In prima enim claſſe continentur omnia iſta quæ pure naturalia ſunt, in altera quæ rationalia & intellectualia, proinde etiam moralia, ſeu quæ ſunt mentis humanæ; in tertia vero Theologica & Divina; quare ſibi mutuo correſpondent.

Confirmatio Propoſitionum. 1. Quod motus tamdiu perduret quamdiu conatus, id communis eſt Philoſophorum ſententia; dicunt enim quod in motu nihil reale exiſtat præter conatum: tum quod motus ſit perpetuus conatus: loco motus etiam ſubſtitui poteſt actio, quæ quoque datur pure naturalis, quæ ſcilicet ex vi profluit vel ex qua ſequitur effectus. 2. Quod conatus ſit vis naturæ motrix: Axioma philoſophicum eſt, quod vis conſiſtat in continuo conatu agendi, & quod vis ſit principium actionum & mutationum; hinc quod vis motrix conſiſtat in continuo conatu mutandi locum. 3. Quod conatus abſque motu ſit vis mortua, etiam eſt ſecundum regulam Wolffianam, ſcilicet quod vis mortua ſit quæ in ſolo conatu conſiſtit, et quod vis viva cum motu locali conjuncta ſit. 4. Quod Voluntatem attinet, intelligo humanam, quæ a mente rationali proficiſcitur, unde actio rationalis. Sunt etiam actiones animales, quæ a voluntate rationalis æmula profluunt. 5. Quod Providentia non operatrix detur, id a Sacris liquet, nam ſunt mentes humanæ quæ omnem Divinam potentiam repellunt; ideo quod providentia non ſuſcipiatur, non dici poſſit ceſſare, ſicuti non voluntas, quamvis ceſſat actio.

Regulæ. 1. Claſſem primam voco claſſem naturalium; Secundam claſſem animalium rationalium, quæ etiam moralia complectitur; Tertiam vero claſſem ſpiritualium vel Theologicam. 2. Materia principalis non per eaſdem voces, ſed per alias & cuivis claſſi proprias voces exprimenda eſt, ut heic Conatus, Voluntas, Providentia. 3. Et quidem per tales voces quæ primo intuitu idem ſignificare vel repræſentare non videntur, non enim illico comprehenditur quod voluntas correſpondeat conatui, & Providentia Voluntati, nec quod mens rationalis naturæ, & Deus menti rationali, & ſic in cæteris. 4. Quod voces pure naturales & explicandæ & definiendæ ſint per voces naturales magis intelligibiles: ſed quod voces claſſis rationalium definiendæ ſint per voces claſſis naturalium; ita voces claſſis Theologicæ per voces claſſis rationalium: ſicuti Conatus definitur per vim agendi; Voluntas per mentis humanæ conatum agendi; Providentia per Divinam operandi voluntatem, & ſic porro. 5. Quod in multis liceat eaſdem & ſimiles voces in ſingulis claſſibus adhibere, alioquin ſenſus nimis obſcurus redderetur; ſicuti voces, quamdiu, perdurare, continuari, ſolus, eſt, ſequitur, &c, non enim voces eſſentiales ſunt; & quamvis iſtæ quoque in alias claſſi proprias tranſmutari poſſent, præſtat tamen ſolitas, intellectus gratia retinere.

6. Tum

6. Tum etiam unam formulam unius claſſis per plures & per periphraſin exprimere, prout heic, Solus conatus eſt vis mortua, in claſſibus ſequentibus dicitur, ſola voluntas eſt conatus quem nulla ſequitur actio, id eſt, nulla actio vel inactio eſt idem ac actio mortua, ſed actio mortua duriuſcule ſonat; ita etiam in claſſe tertia ſeu Theologica.

EXEMPL. II.

In omni Natura eſt principium aliquid efficiendi, ejus conatui inſitum; ideo, quale eſt id principium, talis eſt facultas id efficiendi; qualis eſt facultas, talis eſt conatus, & qualis conatus, talis eſt motus, proinde talis effectus.

Eſt in unaquavis mente humana intuitio & amor cujuſdam finis, illius voluntati inſitus; ideo qualis eſt amor, tale eſt deſiderium, quale eſt deſiderium, talis eſt benevolentia & voluntas, & qualis voluntas, talis eſt actio, & proinde talis finis conſequutio.

Eſt amor puriſſimus erga nos & pro noſtra ſalute quæ eſt finis creationis, in Deo, ejus Providentiæ inſitus, ideo qualis eſt ille amor, talis eſt ejus gratia & Providentia, & qualis providentia, talis operatio, & talis noſtra ſalus quæ eſt finis omnium finium.

Perfectiſſimus eſt ordo & mundus repræſentativus, ſi conſentiant Dei providentia, mentium voluntates & fines, ac naturæ conatus effectuſque. Imperfectus vero eſt ordo & mundus, ſi diſſentiunt, & in tantum, quantum diſſentiunt.

Quod heic ſibi mutuo correſpondent, (1.) *Principium efficiendi, intuitio finis, & amor finis creationis ſeu noſtræ ſalutis in Deo.* Primo intuitu videtur tanquam aliud quidpiam quam amor in Deo correſponderet principio efficiendi in natura; ſed quia Deus eſt principium & finis omnium, dari nequit in Deo principium, ſin id quod ipſe eſt; ſed ejus Providentiæ dari poteſt principium, providentia enim eſt operatrix, ſed hoc principium non poteſt aliud eſſe quam amor ejus puriſſimus erga hominem proque ejus ſalute quæ eſt finis creationis. (2.) *Effectus, finis, finis finium ſeu ſalus animarum.* Effectus eſt naturæ, finis autem eſt mentis humanæ, nam mentes prius intuentur fines quam effectus, & mox effectus ut cauſas inſtrumentales quæ finem promovent; purum eſt humanum ex effectu concludere finem, id eſt, ex ſola præſentia rerum ſapere, ac præterea nihil de futuris judicare; ſed in mentibus humanis ſunt ſolum fines particulares qui reſpiciuntur, finis vero finium ſeu univerſaliſſimus omnium eſt ipſius Dei, qui deſcribendus eſt, ut intelligatur qui ſit, ſcilicet ſocietas animarum cœleſtis, id eſt ſalus

B generis

generis humani. (3.) *Facultas*, *benevolentia*, *gratia*; notum eſt quod benevolentia ſit hominis, & gratia Dei, quid autem ut correſpondens in natura aſſumendum ſit, non dubitandum eſt, quin ſit major minorque facultas, proclivitas ſeu promtitudo efficiendi, id eſt, facilitas, ex qua etiam facultas derivatur, quæ alias ſignificat potentiam, poſſibilitatem, &c.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod Natura ſit principium aliquid efficiendi, id a philoſophis, qui naturam definiunt, conſtare poteſt; Clar. Wollfius, natura univerſa, inquiens, vel natura ſimpliciter dicta eſt principium mutationum in mundo; eſtque vis activa ſeu motrix ſeu aggregatum virium motricium, id eſt conatuum, nam conatus in vi conſiſtit, ſic ut id principium conatui debeat eſſe inſitum. Ariſtoteles etiam dicit, quod Deus & natura nihil fruſtra faciant, ſed omnia propter finem, ſic principium efficiendi, & effectus, ſunt naturæ, finis autem eſt Dei; at vero finis & effectus ſimul eſt mentis humanæ ſeu hominis. (2.) Quod amor finis voluntati mentis humanæ ſit inſitus, id ſatis conſtat, nam voluntas raro in actum determinatur, niſi incitamentum quoddam amoris ſeu deſiderium alicujus finis ſit; ſed confer locum de voluntate. (3.) Quod in Deo ſolus finis ſit, & quod natura ſponte ſua ad promovendos fines per effectus concurrat, id ſatis conſpicitur ex eo, quod Deus ſupra naturam ſit, nec cum illa quid commune habeat; natura enim ad promovendas providentiæ Divinæ fines formata creataque eſt, quæ eſt cauſa correſpondentiarum & repræſentationum, nec aliud poteſt eſſe finis creationis, quam ſocietas animarum univerſalis, e qua reſpiciatur Deus ut finis omnium.

Regulæ. (1.) Bini ſunt probationum modi, ut ſciamus num veritatem aſſequuti ſimus; num veritas phyſica ſit in claſſe prima, apparet ex claſſe ſecunda & tertia, ſeu morali & Theologica, & num veritas moralis, apparet ex claſſe phyſica & Theologica; omnia enim conſpirare & concordare debent, ſeu ipſam veritatem confirmare, quando enim eſt correſpondentia, ſi alicubi offenditur, non verum indicium eſt & erroris. (2.) Accedit alia quoque probatio, ſcilicet quando contenta trium claſſium ita concordent, ut juxta ſe poſita quartam aliquam veritatem producunt, ſicuti heic, ut mundus repræſentativus perfectus ſit, conſentiunt, Dei providentia, mentium voluntates & fines, ac naturæ conatus effectuſque; ita unum eſt exemplar, alterum eſt typus, & tertium eſt ſimulacrum: omnia enim Divina ſunt exemplaria, intellectualia, moralia & civilia ſunt typi & imagines, naturalia vero & phyſica ſunt ſimulacra; ita exemplaria, typi & ſimulacra ſeſe omnino repræſentabunt, etiam eſt mutua correſpondentia & harmonia, nam unum agnoſcitur ab altero, & unum agnoſcit alterum, ut ſui reſpectivum.

EXEMPL.

EXEMPL. III.

Motus non datur abſque conatu, ſed conatus abſque motu, ſi enim omnis conatus in apertum motum erumperet, periret mundus, nam nullum foret æquilibrium.

Actio non datur abſque voluntate, ſed voluntas abſque actione, ſi omnis voluntas in apertam actionem erumperet, periret homo, nam nulla foret libra rationalis, ſeu ratio moderatrix.

Nulla operatio Divina datur abſque providentia, ſed quidem datur providentia non operatrix ſeu efficiens; ſi omnis Providentia efficiens operatrix foret, non ſubſiſtere potuiſſet ſocietas humana, qualis eſt, nam nulla foret vera libertatis humanæ uſura.

Correſpondentiæ. (1.) *Mundus, homo, ſocietas humana:* homo enim vocatur microcoſmus, ſeu parvus mundus, & ſocietas humana magnus mundus, ſeu Gallice Le monde. Ut mundus ſit, requiritur natura; ut homo, requiritur mens rationalis; ut ſocietas humana, neceſſum eſt ut ſit Deus; quicquid Divinum eſt, id in ſocietate humana conſpicitur, & præcipue in ſocietate univerſaliſſima ſeu animarum cœleſti conſpiciendum eſt. (2.) *Æquilibrium, libra rationalis,* ſeu *ratio moderatrix, vera libertatis uſura:* ſunt enim plura quæ reſtringunt & cohibent, ne voluntates humanæ in actionem apertam erumpant, quæ ſicut totidem fræna & reſiſtentia, ſcilicet indecora, inhoneſta, diverſi amores ſeu cupiditates, quarum una refrænat alteram, timor, neceſſitates, impoſſibilitates; ut itaque mentium æquilibrium ſit, requiritur ratio moderatrix, prudentia vel libra rationalis: alioquin etiam æquitas correſpondet æquilibrio, verum modo ubi de juſto & injuſto agitur. Vera libertatis uſura, eſt ipſum æquilibrium ſocietatis humanæ, at vero abuſus eſt deſtructio æquilibrii, quam ob rem ſunt regiminum formæ, imperantes, ſubjecti, pœnæ, remunerationes, unice ad refrænandam licentiam & ad obligandum ut conceſſa libertate vere fruantur, ſi enim voluntas Divina abſolute regnaret, ipſa libertas, qualis eſt, nulla foret, & ſi nulla libertas, nihil proprium humanum daretur, proinde nec ſubſiſteret ſocietas qualis eſt. Vid. Libertat.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod periret mundus ſi omnis conatus in apertum motum erumperet, nulla enim datur in univerſo mundo ſubſtantia, cui non vis & conatus agendi, id eſt, natura ſua ineſt, imo etiam in corporibus gravibus & elementis; quod partes atmoſphæricæ expandi nitantur, compertum eſt, ſed quod individua ſe mutuo contineant arceantque, unde æquilibrium, quod tam particulare eſt quam commune. (2.) Similis eſt ratio ſi omnis voluntas in apertam actionem erumperet, tunc enim periret homo, ſeu nulla foret mens rationalis, homo enim eſt quatenus eſt mens

mens rationalis; humanum itaque eſt cupiditates ſuas & inſanos agendi niſus poſſe refrænare; ideo hac potentia privatus ceſſat omnino eſſe homo. Præterea ſunt ſenſoria interna, ſeu potius motoria, ut et muſculi corporis ita confabricati, ut commune ſit omnium æquilibrium, quando omnes ſimul in actum determinantur: actio enim redundat ex vi majori particulari ſub communi. (3.) Quod detur Providentia Dei non operatrix ſeu efficiens, id Theologiæ verum eſt, providit & voluit Deus ut omnes homines ſalvarentur, ſed hæc univerſalis voluntas ſeu providentia non effectum conſequitur; ſunt enim qui gratiæ Divinæ reſiſtunt, in quos hæc Providentia non poteſt eſſe efficiens & operatrix.

EXEMPL. IV.

In omni conatu adeſt directio & celeritas.

In omni voluntate adeſt intentio & determinatio actionis quoad gradus & momenta.

In omni providentia adeſt Divina diſpoſitio & rerum ſucceſſio.

Deus diſponit, homo intendit & proponit, natura dirigit obſequioſe effectus.

Correſpondentiæ. (1.) *Directio, intentio,* & *Divina diſpoſitio.* Directioni, quæ eſt naturæ, correſpondet tam intentio quam determinatio quæ eſt mentis rationalis; natura enim eſt mortua; ideo non poteſt ex principio aliquo voluntario intendere, ſed uſque dirigere, quatenus dirigitur. (2.) *Celeritas, determinatio actionis quoad gradus & momenta, rerum ſucceſſio.* Directioni & celeritati proprie correſpondet determinatio actionis quoad gradus & momenta, ſcilicet quoad ſpatium et tempus.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod in omni voluntate adſit intentio, apparet ex ſenſu & loquela communi, ſcilicet quod reſpiciamus aut actiones noſtræ judicentur ex voluntate aut intentione, ſumunt ita ut ſynonyma. Sola experientia confirmat, quod in voluntate ſit determinatio actionis quoad gradus & momenta. (2.) Quod in providentia adſit Divina diſpoſitio & rerum ſucceſſio, id quidem abſque confirmatione conſtat, ſed ut exiſtat, neceſſum eſt ut ſit natura, mundus, ſocietas humana, & ſic tempus, ſpatium & plura, quæ ſunt naturæ & mundi, quum Providentia de Deo abſque natura, ſic niſi in mundo creato prædicari nequit.

EXEMPL.

EXEMPL. V.

Vis inertiæ & vis paſſiva eſt principium gravitatis & cauſa quietis in ſubſtantiis mundi.

Ignavia & indifferentia eſt principium indeterminationis & cauſa inactionis in corpore humano.

Correſpondentiæ. (1.) *Vis inertiæ* & *ignavia*; in regno animali non datur niſi ignavia, quæ correſpondet vi inertiæ; alioquin ſunt torpor, frigus aut mors; ſed agitur de correſpondentia cum animali vivo. (2.) *Vis paſſiva* & *indifferentia*, ſcilicet quod non commoveatur ſeu ad reagendum ſe excitari patiatur, qualis eſt vis paſſiva. (3.) *Gravitas* et *indeterminatio.* (4.) *Quies* & *inactio.*

Confirmatio propoſitionum. (1.) Vis inertiæ non eſt vis mortua, ſed exiſtit quando corpus privatur vi reagendi in ratione qua agitur, ſeu orbatur virtute ſua elaſtica, ſic abſorbetur vis impreſſa, tantum enim non reddit quantum recipit. (2.) Talis eſt natura corpuſculorum forma angularis, in his enim omnia minima puncta quieſcunt, id eſt, nulla vi ſeu conatu agendi gaudent; eſt enim perpetua quædam reſiſtentia & colliſio in minimis; exinde ſequitur, quod in illis ſit gravitas, quies, frigus & ſimilia quæ pure terreſtria ſunt. (3.) Talis perpetua oppoſitio & directio contraria aliquando etiam datur in mentibus humanis, unde indeterminatio & inactio; quæ quoque oritur ab ignavia & indifferentia, quæ tanquam ſenſationis expertes abſorbent vires.

Regula. Una claſſis deeſſe poteſt, quatenus non datur aliquid repræſentativum correſpondens, ut heic, in Divinis enim non datur correſpondens quidpiam, ignaviæ, inertiæ, gravitati, quieti, indeterminationi, inactioni; quæ enim potius mortis ſunt, non prædicabilia ſunt de pura & ipſiſſima vita.

EXEMPL. VI.

Ab effectibus & phænomenis judicatur de mundo & natura, et a mundo & natura concluditur ad effectus & phænomena.

Ab actionibus & inclinationibus judicatur de homine & mente rationali, & ab homine & cognita ejus mente concluditur ad actiones & inclinationes.

Ex operibus & amoris documentis judicatur de Deo. & ex Deo concluditur ad ejus opera & documenta Amoris.

Harmonia,

Harmonia, ſeu *Analogia.*

Sicuti ſe habet mundus ad hominem, ita effectus naturales ad actiones rationales.

Sicuti ſe habet homo ad Deum, ita actiones humanæ ad opera Divina.

Correſpondentiæ. (1.) *Phænomena, inclinationes, amoris documenta.* Sunt quidem alia phænomena in regno animali, quam inclinationes, uti ſenſationes, perceptiones, cogitationes; ſed inclinationes præcipuæ ſunt, quatenus ex illis natura hominis ſtatuſque ejus mentis judicari poteſt. Ita etiam mirabilia Dei, quæ omnia ſunt amoris erga nos & pro noſtra ſalute documenta.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Binæ ſunt methodi docendi diſcendique, ſcil. ab effectibus & phænomenis judicare de mundo & natura, quæ methodus analytica vocatur; vel a mundo & natura cognita concludere ad effectus & phænomena, quæ eſt methodus ſynthetica. (2.) Quod a mundo erudiri poſſimus de divinitate, confirmat Apoſtolus, Epiſt. ad Rom. C. I. v. 19, 20. *Id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis, Deus enim eis manifeſtum fecit: Dei inviſibilia jam inde a condito mundo ex iis quæ ſunt mente expenſa pervidentur, æterna videlicet ejus tum potentia tum divinitas, ad hoc ut ſint inexcuſabiles.*

Regula. Ex ſingulis allatis exemplis formari poteſt quædam analogia, exque analogiis æquatio, quæ iterum in ſuas analogias poteſt reduci; ſicuti hæc, ut ſe habet mundus ad hominem, ita effectus naturales ad actiones rationales, ſimiliter in reliquis, ſique mundus denotetur per (m), homo per (h), effectus per (e), actio per (a), illa modo analytico conjungi queunt, ſcilicet m, h, e, a. Quæ quomodo cum aliis conſociari, multiplicari, indeque formari æquatio analytica debeat, alibi demonſtrandum venit; hæc ſunt prima rudimenta matheſeos univerſalis, cujus mentio ſæpius facta eſt. Datur etiam ratio ſeu analogia continua; ex. gr. ut mundus ad hominem ita homo ad Deum; ex qua ſequitur quod Deus per hominem in mundum tranſeat, ſeu quod Deus cum natura nihil commune niſi per hominem habeat: hinc quod perfectio naturæ dependeat a perfectione hominis; Deus enim naturæ ſtator non aliter mundum diſponit, quam quale eſt medium ſeu homo, per quem cum mundo communicat.

EXEMPL. VII.

Nihil naturæ curſum ſiſtit quamdiu Sol mediis auris & atmoſphæris mundum viribus activis & radiis ſui luminis adimplere poteſt.

Nihil

Nihil curſum vitæ humanæ ſiſtit quamdiu ejus mens ſpiritualis ſeu anima media mente rationali & animo hominem perpetua vita & radiis intelligentiæ illuſtrare poteſt.

Genus humanum conſtanter perennaturum eſt, nec mundus periturus, quamdiu Deus medio ſuo ſpiritu & angelis ſocietates humanas intelligentia & radiis ſapientiæ illuminare poteſt.

EXEMPL. VIII.

Siſtitur curſus naturæ, illico dum Sol orbem ſuum illuminare amplius nequit.

Siſtitur curſus vitæ humanæ, illico dum anima ſuum hominem intellectu amplius illuſtrare nequit.

Periturus eſt mundus, illico dum Deus genus humanum amplius illuminare nequit.

Correſpondentiæ. (1.) *Curſus naturæ, curſus vitæ humanæ, curſus vitæ generis humani.* Natura enim vitæ cujuſvis in particulari, tum vitæ omnium in communi correſpondet, quod ne durius ſonet, idem aliter exponi volui, ſcilicet quod genus humanum conſtanter perennaturum ſit, ſeu mundus non periturus, idem tunc ſenſus manet. Curſus naturæ etiam correſpondet providentiæ operatrici. (2.) *Aura, mens rationalis, ſpiritus Divinus;* Quod ſpiritus divinus cum puriſſima aura comparetur, vel per auram repræſentetur, frequenter in Sacris occurrit. Ipſa noſtra mens rationalis eſt idem ac noſter ſpiritus, uti ſuo loco notatum eſt; ita ſibi mutuo correſpondent. (3.) *Atmoſphæra, Angeli, animus.* Atmoſphæra, uti ætherea, aërea, eſt aura inferior, cum qua etiam angeli aſſimilantur; ſimilis ſpiritus aut genius eſt noſter animus, cui affectiones & paſſiones tribuuntur. (4.) *Vires activæ, vita, intelligentia;* ſive dicas naturam, ſive vires activas, eodem redit, nam natura univerſa eſt virium activarum aggregatum, vires ſunt ſingulares ſeu partes naturæ, natura vero eſt vox communis; quod natura & vita ſibi mutuo correſpondeant, ſupra eſt indicatum, ita heic vires activæ. Intelligentia eſt vita diſtinctior & ſuperior, quæ in tertia claſſe loco vitæ ſubſtituenda eſt, nam vivere eſt intelligere. (5.) *Lumen, intelligentia, ſapientia.* Quod lumen naturale correſpondeat intelligentiæ, a quolibet facile agnoſcitur; dicitur enim lumen intellectuale, intellectui tribuitur claritas, umbra & plura, præterea beneficæ luminis formantur imagines, unde ideæ, ex quibus imaginatio & cogitatio, & ſic intellectus; ipſe intellectus quoque audit viſus rationalis. Sapientia vero ſolum divina, homini proprium eſt intelligere, non autem ſapere, quod unice acceptum debetur Deo. (6.) *Sol, anima, Deus.* In homine ſeu microcoſmo non

non datur alius ſol, quam ejus anima ſeu mens ſpiritualis, unde intelligentia. Deus autem eſt Sol ſapientiæ ſeu ipſa ſapientia, ſicuti Sol mundi eſt Sol luminis.

Confirmatio propoſitionum. Ipſe Sol eſt fons & principium rerum omnium naturalium, a quo exiſtentia & ſubſiſtentia mundi, qui Solis vel Solaris vocatur: ita ut Sol reſpective ad cætera appellari mereatur natura naturans, ſed in univerſum mundum per auras ſeu atmoſphæras operatur, quibus mediis tanquam præſens in omni ſui univerſi puncto & angulo ſiſtitur; quouſque enim ejus radii, eo etiam ejus vis agendi & lumen penetrat: omnia torpeſcerent & eſſe deſinerent cum Sole, ceſſarent enim moveri, caleſcere, redintegrari. (2.) Similiter in regno animali, quando anima non operari poteſt per mentem rationalem & animum, atque mundulum ſuum animalem non animare ſeu illuſtrare vita & intelligentia, de illo actum eſt; qui mentis & animi eſt inops, vita & intelligentia caret, ſeu eſt mortuus, ſtipes, cadaver. (3.) Quod etiam mundus periturus ſit, quando Deus ſpiritu ſuo amplius regere humanum genus nequeat, id ſequitur ut conſectaneum per analogiam, ut & confirmatur ex Sacris: quod enim diluvio deſtructum ſit genus humanum, erat quia Spiritus Divinus non amplius operari potuit, quodque eadem cauſa futurus ſit interitus mundi, ab Evangeliſtis & Apoſtolis abunde aſſertum & prædicatum eſt; ſequitur etiam ex concluſione analogica nuper recitata, ſcilicet quod homo ſit, per quem Deus tranſeat in naturam, ſeu per quem natura poſſit aſcendere ad Deum; ideo, qualis homo eſt talis redditur mundus, periturus omnino, quando genus humanum ita perverſum ſit, ut reſpuat omnem gratiam & Sapientiam Divinam. Quod talis ſit nexus cauſarum, concludi etiam poteſt ex maledictione mundi telluriſque propter peccatum & reatum Adami: tum etiam quod felicia fata, fertilitas, ſpeſque annorum ab animarum & mentium noſtrarum cum Deo unione & harmonia dependeant.

EXEMPL. IX.

Perfectus ordo conſtituit harmoniam, hæc parit pulchritudinem, quæ naturam redintegrant & conſervant: imperfectus vero ordo producit diſharmoniam, hæc parit deformitatem, quæ naturam pervertunt & deſtruunt.

Affectio veræ harmoniæ parit jucunditatem, & hæc gaudium, quæ animum mentemque recreant vivificantque. Diſharmonia vero parit injucunditatem, & hæc triſtitiam, quæ animum mentemque male afficiunt extinguuntque.

Amor ſummi boni parit felicitatem, & hæc cœlum, quæ animam beatam reddunt, & ejus vitam ſpiritualem exaltant. Amor

vero

vero mali parit infelicitatem, & hæc infernum, quæ animam condemnant, & ſpiritualiter mortificant.

Correſpondentiæ. (1.) *Affectio & amor*; omnis enim affectio grata animi vocari poteſt ejus amor: ſed amor eſt proprie vox ſpiritualis, cui correſpondet concordia, unanimitas & in claſſe naturalium conjunctio, nexus, ſed hæc non impediunt, quin amor etiam affectioni correſpondeat, quando ſermo eſt de harmonia, cui talis concordia & nexus ineſt. (2.) *Harmonia vera, ſummum bonum*; nihil enim grate afficere poteſt animum mentemve quam id quod harmonicum eſt, ſed harmonia non eſt vox ſpiritualis, ſed *Bonum*, quod correſpondet harmoniæ quatenus hæc parit jucunditatem. Ita *diſharmonia* & *malum:* Ita quando initio creationis a Deo dicebantur omnia eſſe bona, ſignificabatur quod omnia ſibi mutuo correſponderent, ſcilicet natura & mundus, cum homine & in mente, & mens humana cum ſuo numine, ſic ut non opus eſſet doctrina, quatenus omnium perfecta in ſe & inter ſe eſſet harmonia. (3.) *Pulchritudo, jucunditas, gaudium, felicitas, cælum.* Pulchritudo & formoſitas eſt vox naturalis, ſed non animadvertitur quod talis ſit, niſi ab animatis & vivis, nam profluit ex harmonia & perfecto rerum ordine; jucunditas eſt animi, & gaudium eſt mentis humanæ, quæ non dantur niſi in regno animali. Felicitas vero eſt animi ſeparati a corpore, & complectitur omnes in univerſo jucunditates; cœlum autem ſignificat perfectiſſimum gaudium, & quidem omnium in ſingulis & ſingulorum in omnibus, quod gaudium cœleſte alias vocatur; ſed quia eſt inexpreſſibile nec cum noſtro gaudio comparabile, vocatur cœlum, quod etiam ſignificat ipſam ſocietatem cœleſtem. (4.) *Deformitas, injucunditas, triſtitia, infelicitás, infernum*; hæc quia præmemoratis oppoſita ſunt, ſequitur quod ſimiliter quadrent. (5.) *Pervertunt, male afficiunt, condemnant:* pervertere eſt vox naturalis; male afficere eſt vox proprie regni animalis; condemnare eſt etiam vox ſpiritualis ex uſu, quatenus anima ſupplicii & mortis æternæ damnatur. (6.) *Deſtruere, extinguere, ſpiritualiter mortificare:* natura deſtrui poteſt: mens ſeu vita extingui; anima vero non poteſt mori, niſi ſpiritualiter per damnationem.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod perfectus ordo producat harmoniam, & harmonia pulchritudinem ſeu perfectionem formæ, quodque illa naturam reficiant confirmentque, ex phyſica clarum eſt; & confirmatur ex harmoniis viſus, auditus, cæteriſque ſenſuum tam externorum quam internorum in regno animali, quæ ſemper reficiunt; & ex amore qui harmoniæ correſpondet, quod hic mentes conjungant, quæ eſt ratio quod Pythagoras omnia harmoniis adſcripſerit, & quod vetuſtiſſimi philoſophi quendam amorem cuncta formaviſſe, conſecraſſe & conſervare dixerint. Hæc quandoquidem vera ſunt, etiam vera ſunt quæ ſequuntur. ſcilicet, quod diſharmonica pervertant deſtruantque. (2.) Quod amor ſummi boni pariat felicitatem, id ſequitur, ſi expendimus quid ſummum bonum ſit, ſcilicet

D quod

quod ſit ipſe Deus, & quod amor; & per amorem nexus cum tali bono, non a felicitate & gaudio cœleſti ſeparari queat.

Regulæ. (1.) Sunt plura in claſſe naturalium, quæ dari nequeunt in claſſe ſpiritualium, ideo ſubſtituenda ſunt illa, quæ dantur, & proxime concordare videntur; ſicuti de natura prædicari poteſt deſtructio, de vita corporea extinctio ſeu mors; anima vero quæ eſt eſſentiæ ſpiritualis, non deſtrui, nec extingui nec mori poteſt, verum præcipua ejus vitæ eſſentia, ſcilicet ejus felicitas perire & ejus nexus cum ſuo numine diſſolvi, quæ eſt mors ſpiritualis & dolor infernalis. (2.) Datur ſæpe vox naturalem aliquam qualitatem exprimens, quæ per plures voces in claſſe ſecunda reddi poteſt, ſicuti harmonia, formoſitas per jucunditatem, amœnitatem, lætitiam, gaudium, per innumeras alias, nam cuivis ſenſui ſua eſt jucunditas & harmonia, alia ſcilicet guſtus, alia olfactus, alia auditus, viſus, alia animi, alia mentis rationalis. In ſequentibus occurrit vox modificatio, cui correſpondet, ſenſatio tam viſus quam auditus, tum perceptio ut & intellectus; ſimiliter occurrunt voces ſpirituales, quibus plura in claſſe naturalium & animalium correſpondent; ſicuti Bonum, Malum, &c.

EXEMPL. X.

Sola harmonia entia naturæ conjungit, & mundum ſuſtentat; diſharmonia vero disjungit, & mundum deſtruit.

Sola concordia animas menteſque conſociat, & ſocietates conſervat; diſcordia vero diſſociat & ſocietates deſtruit.

Solus amor animas inter ſe unit, & ſocietatem cœleſtem format; odium vero animas ſeparat, unde ſocietas infernalis.

Correſpondentiæ. (1.) *Harmonia, concordia, unanimitas, amor.* Harmonia eſt vox pure naturalis. Concordia eſt vox regni animalis, quia eſt cordium; pariter unanimitas quia eſt animorum: præterea ſi concordia ut virtus conſideratur, eſt mentis rationalis. Amor vero in genere eſt vox ſpiritualis, ſed in ſpecie ſunt plures amores, qui ſignificant affectiones, ut amor ſocii, parentis, prolis, patriæ, conjugalis, venereus, honoris, divitiarum, mundi, cœli. (2.) *Diſharmonia, diſcordia, odium*; hæc ut correſpondentia ex iiſdem cauſis agnoſcuntur. (3.) *Conjungere, conſociare, unire:* conjungere eſt vox naturalis, conſociare eſt animalis quia inter ſocios, uniri eſt arctiſſime conjungi, qualiter animæ, ita ut ſui æqualibus aſſimiletur.

Confirmatio propoſitionum: Huic ſimile axioma eſt vulgare illud, concordia res parvæ creſcunt, diſcordia vero dilabuntur; ex his & jam ratio elucet, cur amor & concordia ſint vinculum ſocietatis & unio animorum, quia

cum

cum harmonia in ipſa natura ita comparatum eſt, quæ concordiæ & amori correſpondet. Cur harmonia, concordia & amor tales ſint, ex analogiis & ex ipſa geometria liquet.

EXEMPL. XI.

Harmonia entium naturalium non datur ſine principio harmoniæ in ipſa natura ſuperiore, quæ ſingularia univerſaliter, & univerſum ſingulariter conjungit.

Concordia mentium humanarum non datur ſine principio concordiæ in amore aliquo ſuperiore, qui ſingulas mentes univerſaliter, & univerſam ſocietatem ſingulariter conſociat.

Amor mutuus animarum non datur ſine principio amoris in ipſo Deo, qui ſingulas animas univerſaliter, & univerſam ſocietatem cæleſtem ſingulariſſime unit.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod pincipium harmoniæ ſit in natura ſuperiore, id ſequitur ex coordinatione & ſubordinatione omnium rerum in univerſa natura; niſi enim ſuperiora regerent inferiora, hæc nequaquam in aliquo nexu continerentur, nec potuiſſent ſubſiſtere; non enim exiſtit, quod eſt abſque principio; atmoſphæræ continentur in ſuo nexu ab auris purioribus & perfectioribus, univerſus mundus a ſuo ſole, corpus animale ab anima, & ſic porro. (2.) Nec datur concordia mentium humanarum abſque principio concordiæ in amore ſuperiore aut univerſaliore, ſicuti amor honeſti, virtutis, patriæ, lucri, & ſimilia quæ mentis ſolent conſociare, ſupremus eſt amor in Deum, utinam ille foret unicuique, animas menteſque conjungeret, tunc ſane cœlum tranſcriberetur in terram, & regnum Dei adeſſet. (3.) Quod univerſaliter, id etiam ſingulariter conjungit, conſociat, unit, nihil enim agere univerſaliter poteſt, niſi etiam ſimul ſingulariter, univerſale enim nihil eſt abſque ſingularibus, ex his componitur, fit & audit univerſale; ſed quale eſt univerſale, apparet a ſingulari & viciſſim. (4.) Ex his jam ſequitur, quod nemo amare poſſit proximum, niſi amet Deum, ac viciſſim: ita ut hi amores conjuncti ſint, tanquam unci in catena, ſeu quod pendeat unum ab altero.

EXEMPL. XII.

Neceſſitudo naturalis eſt, ut unaquavis ſubſtantia reſpiciat alteram ut ſeipſam, verum aggregatum ſimilium ſubſtantivarum, ut plures

plures ſeipſas, ſuperiores vero ſubſtantias, ex quibus eſſentiam & naturam ſuam trahit, ut ſupra ſeipſam, quibus ex puro nexu & ex harmonia obſequi tenetur.

Prima & ultima Societatis tam terreſtris quam cœleſtis lex eſt, ut unuſquiſque amet ſocium ut ſeipſum, ſocietatem ut plures ſeipſos, ac Deum ſupra ſeipſum, cui ex puro amore præſtet obſequia.

Correſpondentiæ. Neceſſitudo naturalis, lex: Omnes leges naturæ impreſſæ ſunt neceſſariæ & geometricæ, non autem contingenter & arbitrarie, quia a nulla voluntate dependent; quæ eſt ratio, quod non leges ſed neceſſitates appellentur.

Confirmatio propoſitionum. Quod unaquævis ſubſtantia mundi non plus aut minus alteram quam ſeipſam reſpiciat, apparet a ſingularium actione & reactione, tum conſociatione, quantum enim patiuntur, tantum agunt, nec quicquam ex proprio ſuperaddunt, ut præ vicinis emineant, niſi illa vi & perfectione naturali, ut minus quam aliæ ſe ſuper vicinas exaltent. Singula ſi expendimus, liquet omnino, quod ipſiſſima hæc lex ipſi naturæ ita impreſſa ſit, ut abſque ejus exactiſſima obſervantia in parte & communi ſyſthema mundi nequiverit exiſtere, & nequeat ſubſiſtere; quæcunque enim ſubſtantiæ ſociæ ſimili pondere, magnitudine, vi, prævalere nititur, illa ut communis æquilibrii deſtructrix a circo & ab atmoſphera expellet.

EXEMPL. XIII.

Omne quod harmonicum eſt, in ſe eſt formoſum, quod vero diſharmonicum, in ſe eſt deforme: ſed in umbra deforme ſæpe apparet pulchrum, & viciſſim; ideo lumine opus eſt, quo reveletur num tale eſt quale apparet.

Omne bonum & malum, ſicuti jucundum & injucundum, naturaliter ſenſibus percipitur: ex ignorantia ſæpe fallimur in judicio de bono & malo, quare intellectu opus eſt, ut ſciamus num vere bonum ſit, aut vere malum, vel num mentiatur bonum.

Omne divinum in ſe eſt ſummum bonum, omne vero diabolicum in ſe eſt ſummum malum, in intellectu hoc corporeo, qui eſt ſolum umbra intellectus & ſomnus, ſæpe id quod ſummum malum eſt, apparet tanquam ſummum bonum, ſeu diabolicum tanquam foret divinum; ideo quando ſol & jubar Sapientiæ effulſurum eſt, ut in ultimo judicio, quiſque in ſe recognoſcet, quid bonum & quid malum ferat, tunc unum non mentiri alterum poterit.

Correſpondentiæ.

Correſpondentiæ. (1.) *Umbra, ignorantia, intellectus obſcurus:* quatenus lumen correſpondet intelligentiæ, uti ſupra notatum eſt, ita umbra ignorantiæ, ſimiliter etiam intellectui obſcuro reſpective ad intellectum clarum, qualis eſt animarum in vita non corporea.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod omne harmonicum in ſe ſit pulchrum & formoſum, & quod omne bonum & jucundum naturaliter ſenſibus percipiatur, ab experientia evidens eſt; quod enim dulce eſt lingua, quod harmonicum & ſymmetricum auris, quodque pulchrum oculus illico percipit, ita etiam mens rationalis quod bonum & malum eſt, horum enim datur cognitio naturalis, ſed hæc cognitio ex diverſis cauſis ſolet hebetari & inumbrari, verum ipſi in culpa ſumus. Ne itaque malum mentiatur bonum, intellectus nobis eſt conceſſus, cujus ſubjectum eſt veritas ſeu qualitas, ſcilicet ut ſciamus quale id eſt, num vere bonum, vel num apparens bonum, & in ſe malum, ut & viciſſim. (2.) Quod in ultimo judicio quoque in ſe recognoſcat qualis ſit, quid egerit merueritque, ex literis ſacris convincimur; idem etiam eſt comparationis tertium inter lumen ſolare & lumen divinum, quod eſt ſapientia; Deus enim vocatur Sol ſapientiæ, ſicuti enim ſol lumine ſuo detegit omnem qualitatem objecti, ita Deus ſapientia ſua, quando in omni ſua gloria ſe manifeſtaturus eſt, momento deteget quicquid in unoquovis divinum ſit, & quicquid diabolicum, quod unuſquiſque in ſe non poteſt non actualiter recognoſcere, conſcientia propria unumquemque judicante: quiſque enim ex ſtatu ipſius ſuæ animæ, qui in corpore eſt formatus, minutiſſima cognoſcet, cum primis quando lumine ſapientiæ circumfundetur, quo præſente nihil quicquam poteſt occultari.

EXEMPL. XIV.

Sol eſt fons omnis luminis in ſuo mundo, nec eſt cauſa umbræ, ſed umbra eſt privatio luminis; ſol nuſquam privatur lumine, ſed objecta terreſtria impediunt, ne ejus lumen penetret, inde tenebræ.

Deus eſt fons omnis intelligentiæ in ſuo cœlo, nec eſt cauſa ignorantiæ, ſed ignorantia eſt privatio intelligentiæ; anima nuſquam privatur intelligentia, ſed objecta cogitationis ſeu fines corporei & mundani impediunt, ne ejus intelligentia eouſque penetret, inde ignorantia veri, ſeu ſtultitia.

Deus eſt fons omnis Sapientiæ in ſuo cœlo, nec eſt cauſa inſipientiæ; ſed inſipientia eſt privatio ſapientiæ; Deus nuſquam privatur ſapientia, ſed amores corporis & mundi impediunt ne Deus influat ſapientia, unde inſania.

Correſpondentiæ. (1.) *Umbra, ignorantia, inſipientia*; vid. ſupra, Ex. 13. Umbra etiam correſpondet intellectui obſcuro: ita etiam *tenebræ, ignorantia veri, ſtultitia, inſania.* Interim quod lumen, intelligentia & ſapientia ſibi mutuo correſpondeant, ad primam reflectionem apparet tanquam naturale, quare etiam intellectui omnia iſta tribuuntur, quæ lumini, ſicuti claritas, perſpicuitas, ſpiritus veritatis dicitur ſpiritus luminis, angeli lucis: quod correſpondeant, apparet ex intellectu humano, qui naſcitur & perficitur medio viſu & lumine. (2.) *Objecta terreſtria, fines corporei & mundani. amores corporis & mundi.* Fines ſunt ſemper objecta intellectus ſeu cogitationis, iidem fines ſunt iidem ac amores, intuemur enim ut finem quod amamus. Quod hi fines & amores impediant ne vera intelligentia & ſapientia influat & ametur, notum eſt, nam inde omnis inſania humana.

Confirmatio propoſitionum. Quod anima ſit fons omnis intelligentiæ ſeu ipſa intelligentia in ſuo microcoſmo, vide locum de anima, & quod illa ſemper in ſtatu ſuæ intelligentiæ ſit, licet corpus in ſtatu ignorantiæ, ſicuti in ætate infantili, ſomno, inſania; ſed hic ſermo eſt de ignorantia veri ſeu ſtultitia.

EXEMPL. XV.

Lumen revelat qualitatem objecti, ſed qualitas objecti apparet ſecundum ſtatum luminis, nam objectum non ſemper eſt tale quale apparet.

Intelligentia detegit veritatem rei, ſed veritas rei apparet ſecundum ſtatum intelligentiæ, nam non ſemper eſt verum quod verum eſſe putatur.

Sapientia manifeſtat bonitatem rei, ſed bonitas rei apparet ſecundum ſtatum ſapientiæ, nam non ſemper eſt bonum quod bonum eſſe creditur.

Correſpondentiæ. (1.) *Qualitas objecti, veritas rei,* & *bonitas rei.* Ipſum lumen detegit quale eſt objectum, ſcilicet, num lapis, arbor, animal, cujus figuræ ſeu formæ externæ, etiam internæ quando objectum pellucet; intelligentia vero detegit ipſam rem qualis ſit, quod idem eſt ac inveſtigare veritatem rei, nam omnis intellectus in perveſtigandis veritatibus verſatur. Aſt vero bonitas ſeu bonum eſt ſapientiæ, quæ non intellectualiter inveſtigat quod ſit, ſed quale ſit, nam manifeſtatur ex ſe, ſiquidem correſpondet harmoniæ, ſicuti obſervatum eſt ſupra, Ex. XIII. (2.) *Objectum, res.* Objectum eſt luminis, res autem eſt intellectus. (3.) *Apparet, putatur, creditur.* Apparent res in lumine, putantur in intellectu, & creduntur ab intelligentia.

Confirmatio

Confirmatio propoſitionum. Quod intelligentia detegat veritatem, eſt ratio quæ ſubjectum intellectus eſt verum, ſubjectum vero ſapientiæ eſt bonum; bonum autem eſt omne id quod amamus, deſideramus, cupimus, volumus, pro fine aſſumimus, malum quod averſamur; ut autem ſciamus num bonum ſit, quod creditur eſſe bonum, datus eſt intellectus, qui diſquirat veritatem ſeu qualitatem boni.

EXEMPL. XVI.

Sunt etiam lumina ſecundaria genuina, ſicuti ſunt mundi ſublunares, & ſunt lumina fatua, ſed hæc ad præſentiam luminis ſolaris evaneſcunt.

Sunt etiam intellectus ſecundarii veri, ſicuti humani, & ſunt intellectus falſi; ſed hi ad præſentiam intelligentiæ puræ, qualis eſt intelligentia animæ, quaſi nulli ſunt, ſeu evaneſcunt.

Sunt etiam intelligentiæ ſpirituales, ſicuti angeli boni, & ſunt intelligentiæ angelicæ malæ, ſed hæ ad præſentiam Dei ſeu ſapientiæ Divinæ tanquam nullæ ſunt, ſeu evaneſcunt.

Correſpondentiæ. (1.) *Lumina ſecundaria, intellectus humani, angeli:* Lumina ſecundaria ſunt ignes, candelæ & ſimilia, quæ media nocte loca illuminant. His correſpondent intellectus humani, qui, ſimiliter ac iſta lumina, accendi & extingui queunt, & ſunt nulli reſpective ad intelligentiam animæ, quæ pura eſt & ſpiritualis, quales intelligentiæ etiam ſunt angeli. (2.) *Genuinum & verum* ſimiliter ſibi correſpondere videntur. (3.) *Lumina fatua, intellectus falſi, angeli mali.* Phoſphori lumina fallacia ſeu fatua ſpargunt, & tunc apparent objecta alio colore inducta & dubiæ qualitatis: ita etiam intellectus falſi, a quibus plura ita colorantur & fucantur, ut falſa appareant vera. Talis etiam eſt natura angelorum malorum, qui etiam angeli umbræ & noctis vocantur, qui licet veritatem noverint, uſque tamen illam non amant, ſed odio habent & perſequuntur, quia veritas adſtruit id eſſe bonum quod illis apparet malum, & vice verſa.

Regulæ. (1.) Quia de intelligentiis ſpiritualibus ſeu de angelis & animabus agitur, obſervandum eſt quod illæ in omnem ſuam intelligentiam creatæ ſint, & quia ſunt ſpiritus, etiam ſunt ſupra naturam, quæ non ſpiritualis eſt, & tamen ſingula quæ naturæ ſunt prorſus intelligunt, ſequitur quod aliqua correſpondentia & harmonia ſit omnium, ſeu naturalium cum ſpiritualibus, & vice verſa, ſeu quod in univerſa natura nihil ſit niſi typus, imago & ſimulacrum alicujus rei in ſpiritualibus, quæ ſunt exemplaria; aliter nuſquam potuiſſet intelligentia quædam ſpiritualis cognoſcere illa quæ infra ſe ſunt, & tamen illa ex ſe & in ſe cognoſcit. (2.) Hanc doctrinam etiam excoluiſſe

excoluiſſe videntur Ægyptii, & correſpondentias iſtas per diverſiſſimos characteres hieroglyhicos ſignificaviſſe, quibus non ſolum exprimerentur naturalia, ſed ſimul etiam ſpiritualia, de qua illorum ſcientia integrum vide Ariſtotelis librum. (3.) Sed ſingularia ad ſua univerſalia reducere, id non pertinet ad ſcientiam hanc correſpondentiarum, ſed ad philoſophiam primam; ſpiritualia enim ad naturalia non ſe habent uti naturalia ad ſpiritualia; ſi enim ita ſe haberent, tunc naturalia etiam forent ſpiritualia, quod rectæ rationi contrarium eſt.

EXEMPL. XVII.

Lumen abſque umbra non appareret lumen, uti nec perfectum abſque imperfecto, nam nihil eſſet ex quo appareret; ſic nec daretur poſitivum ſi non privativum, nam abſque privativo nihil eſſet ex quo aliquid poneretur; ſic etiam abſque umbra nulla daretur imago conſpicua, nec modificatio, inſuper nec ullus color, & varietas colorum; ex his apparet quem uſum præſtet umbra, imo imperfectio, umbra licet ſit privatio luminis, tamen actualiter exiſtit, abſque actuali eſſentia nihil eſſet nec cognoſceretur quid & quale lumen & quæ & qualis perfectio.

Intellectus abſque ignorantia non appareret intellectus, ſicuti nec verum abſque falſo, nam nihil eſſet ex quo conſpiceretur; ſic nec daretur affirmativum ſi non negativum, nam abſque negativo nihil foret ex quo aliquid affirmaretur; ſic etiam abſque ignorantia & falſo nulla daretur idea memoriæ perceptibilis, nec imaginatio & cogitatio, inſuper nec ulla opinio, & diverſitas opinionum. Ex his apparet quem uſum præſtet ignorantia, imo falſum; ignorantia licet ſit privatio intelligentiæ, & falſum privatio veri, tamen actualiter exiſtit, abſque actuali exiſtentia ens rationis foret, nec ſciretur quis & qualis intellectus, & quæ & qualis veritas.

Sapientia abſque inſipientia ſeu inſania non appareret ſapientia, ſicuti nec bonum abſque malo, nam nihil eſſet ex quo perciperetur; ſic nec daretur aliquid genuinum & verum amabile & inamabile, ſeu felix & infelix, nam abſque infelicitate nihil foret ex quo ſentiretur felicitas; ſic etiam abſque malo nulla daretur affectio, nulla voluntas ac deſideratio; & nulla deſideriorum varietas. Ex his apparet quem uſum præſtet ſtultitia & malum: ſtultitia licet ſit privatio ſapientiæ, & malum privatio boni, tamen malum, id eſt, diabolicum actualiter exiſtit, abſque actualitate malum ens

rationis

rationis foret, nec ſciretur quæ & qualis ſit ſapientia, & quæ & qualis bonitas.

Correſpondentiæ. (1.) *Perfectum, verum, bonum*; hoc etiam ſenſu accipi poteſt perfectum, nam quod in ſe verum & bonum eſt, etiam in ſe eſt perfectum; ita etiam oppoſita, *Imperfectum, falſum, malum.* (2.) *Poſitivum, affirmativum, amabile.* Poſitivum reſpicit entia naturæ, affirmativum eſt proprium mentis humanæ, quo affirmare & negare poteſt; ideo etiam *privativum, negativum* & *inamabile*, omne enim bonum ſeu jucundum naturaliter percipitur, ergo affirmativum ex ſe quando amabile eſt, & negativum quando inamabile. (3.) *Imago conſpicua, Idea perceptibilis*; quod imago ſit idea in ſenſu interno, notum eſt, tum quod imagines viſus in ideas primum naturales dein intellectuales tranſeant. (4.) *Modificatio, ſenſatio, imaginatio, cogitatio, affectio*; quod in mundo atmoſphærico modificatio, id in regno animali ſenſatio, imaginatio, cogitatio audit, nam modificatio ut primum tangit organa ſenſoria corporis animati, vivit, quæ eſt ratio quod ſenſatio per modificationem fieri dicatur; affectio etiam correſpondet, quia mens & animus ſecundum ſenſationes afficitur. (5.) *Color, opinio, voluntas.* Color eſt lumen variegatum & diverſimode modificatum, proinde correſpondet opinioni: ſic varietas colorum diverſitati opinionum. (6.) *Nihil, ens rationis, vitium*que idem ſignificant.

Confirmatio propoſitionum. (1.) Quod nullum lumen foret abſque umbra; pone merum & purum lumen, nec quid umbræ majorem minoremve, ſed ei decrementa injice ad umbram, hinc nequicquam affirmari de lumine poſſet quod foret aliquid, nec exiſterent imagines, quæ ſunt variegationes umbræ & lucis, nec colores, unde nullus foret mundus aſpectabilis, ſingula enim objecta unice diſtinguerentur per gradus luminis, ut ſcientia optica docet, quod etiam colores inde oriantur alibi eſt demonſtratum: ſic apparet quod nulla concipi queat perfectio abſque imperfectione, ita nec verum abſque falſo; hæc confirmant realem exiſtentiam mali ſeu diaboli, ob finem ut idea boni non ſolum exaltetur, ſed etiam in mundo creato actualiter ſit. (2.) Abſque ignorantia & falſo nunquam dari poteſt in intellectu humano affirmativum & negativum, nam ſi nihil niſi verum foret, & inſuper nihil ignoraretur, tunc omnino nihil non affirmaretur, quin imo nec quis foret affirmatio, proinde nulla cogitatio, minus opinio, & ſic non loquela, diſcurſus, commercium ſocietatis humanæ. (3.) Similis ratio eſt boni & mali, jucundi & injucundi, felicis & infelicis, non poni poteſt unum deficiente altero, ſunt relativum. Exinde ſequitur quod malum, id eſt diabolus actualiter exiſtat, & auſim dicere, abſque diabolo nulla foret affectionum animi mentiſque varietas, ſic nec cupiditates, deſideria, voluntates, proinde nulla mens qualis eſt humana. (4.) Dato malo, datur etiam falſum, ſicuti dato bono, datur verum; ſi enim quis odit bonum & amat contrarium ſeu malum, tunc odit verum & amat falſum, nam quicquid amatur, hoc bonum creditur, ipſas etiam veritates odit & falſitates amat, quia hæ adblandiuntur affectionibus.

F EXEMPL.

EXEMPL. XVIII.

Sola albedo nivea abſque cæteris colorificationibus, quæ a miſcela albi cum nigro exſurgunt, ut & permanens una modificatio oculum omni facultate videndi deprivat, nam oculus ad receptionem plurium imaginum & objectorum eſt formatus, ſunt enim mera diſcrimina harmonice conjuncta, quæ ſenſationes producunt & reficiunt.

Sola intelligentia veri abſque conjecturis & opinionibus quæ a miſcela veri & falſi & ab ignorantia originem trahunt, ut & conſtans in una re cogitatio ſeu intuitio rationalis mentem omni facultate cogitandi orbat, nam mens ad receptionem plurium idearum & intuitionem plurium finium eſt formata, ſunt enim meræ variationes amabiliter unitæ, quæ cogitationem & intellectum humanum producunt & reficiunt.

Correſpondentiæ. (1.) *Albedo, intelligentia veri, veritas;* ſicuti lumen correſpondet intelligentiæ, ita albedo, tum etiam *pelluciditas, tranſparentia,* correſpondere videntur vero ſeu veritati; veritas enim eſt ſubjectum intelligentiæ. Ita *nigrum* & *falſum.* (2.) *Oculus, mens rationalis,* ſeu potius organum ſenſorium internum, intellectus enim vocatur viſus internus, ſeu intuitio rationalis rei objectæ.

Confirmatio propoſitionum. Satis in confeſſo eſt quod oculus hebetetur & cæcutiat a ſola albedine, ut a nive, ſi nullus adſit color obſcurior, quo viſus variegetur; ita ut viſus prorſus periret, ſi ſolum lumen abſque umbra oculum ſtringeret, ſimiliter intellectus noſter, ſi puræ veritates illum illuſtrarent.

EXEMPL. XIX.

Albedo proportionaliter cum nigredine mixta per radios luminis ſolaris diverſos excitat colores, candidiores ſcilicet & obſcuriores, ſed objecta ita queunt fucari & pingi, ut neſciatur quid album, quid nigrum, & quomodo ſunt commixta.

Verum cum falſo rationaliter commixtum per intelligentiam diverſas producit rationes, ſcilicet veras & dubias, ſed intentiones ſpecioſe queunt ornari, ut neſciamus quid verum, quid falſum, & quomodo mutuo cohærent.

Bonum

Bonum cum malo, ſeu fauſtum cum infauſto commixtum in animo menteque diverſas producit affectiones, ſcilicet gratas & ingratas; ſed deſideria & cupiditates ſcite queunt diſſimulari, ut neſciamus quid bonum ſeu fauſtum, & quid malum ſeu infauſtum, & quomodo mutuo conjuncta ſunt.

Correſpondentiæ. (1.) *Proportionaliter, rationaliter,* ſeu analogice & analytice; quare etiam omnis proportio ex rationibus conſtare dicitur. (2.) *Colores candidi, ſententiæ, affectiones gratæ;* ſi enim colores correſpondent opinionibus, ſequitur quod colores candidi correſpondeant ſententiis ſeu opinionibus verioribus: ac *colores obſcuriores, hypotheſibus, conjecturis, affectionibus ingratis.* (3.) *Fucari, pingi, ſpecioſe ornari,* ſeu *ſpeciem veri mentiri, diſſimulare.*

EXEMPL. XX.

Clara & ſerena plerumque interpolantur obſcuris & nebuliſ, ſic raro datur aliqua pura claritas abſque obſcuritate in natura inferiori.

Evidentia & manifeſta plerumque interpolantur ambiguis & dubiis, ſic raro datur aliqua evidentia pura abſque ambiguitatibus in mente noſtra rationali.

Amœna & dulcia plerumque interpolantur inamœnis, ambiguis & amaris, ſic raro datur aliqua amœnitas abſque inamœnitate in vita civili.

Correſpondentiæ. (1.) *Clara, evidentia, amœna;* clara concernunt lucem, evidentia intellectum veri; amœna mentem & animum reſpective ad bonum; ita evidentia ſignificant vera, amœna vero bona. Similiter *ſerena, manifeſta, dulcia.* (2.) *Obſcura, ambigua, inamœna*; quare etiam obſcuritas tribuitur intellectui, quando hic hæret in dubio: ſimiliter *nebulæ, dubia, amara.* Obſervandum eſt, amœna, dulcia, inamœna, amara quidem non videantur correſpondere ſerenis, manifeſtis, obſcuris, nebuloſis; ſed heic aſſumuntur ſingularia pro univerſalibus; heic univerſalia ſunt Bonum & Malum, omne amœnum, jucundum & dulce eſt bonum, & omne inamœnum ac amarum eſt malum, heic quatenus de affectionibus animi eſt ſermo, formulis adæquatis utendum eſt.

Regula. Singularia loco univerſalium ſubſtituenda ſunt, dum de ſingularibus agitur, ita particularia pro communibus; ut heic dulcia, amœna, amara, inamœna, pro *Bona* & *Mala.*

EXEMPL.

EXEMPL. XXI.

Tempore nocturno ſunt denſæ tenebræ, mane venit aurora, increſcit dein lumen uſque ad meridiem, a meridie vero decreſcit, dum per umbram crepuſcularem ad ſuam noctem redit. Sed ſol uſque media nocte æque ac medio die illuminat ſuum mundum.

Ætate prima in utero materno eſt mera ignorantia, ætate vero puerili eluceſcit intellectus, qui adoleſcit deinceps uſque ad ætatem adultam, ab hæc ætate vero decreſcit, dum per ætatem ſenilem ad intellectum obſcurum & in ignorantiam relabatur; ſed ipſa intelligentia animæ, tum in ætate obſcuriſſimi intellectus, quam in ætate conſummati & maturati judicii ſuum microcoſmum animalem regit.

Correſpondentiæ. (1.) *Tempus nocturnum, ætas obſcura in utero*; deinceps *Tempus matutinum* & *ætas puerilis* ſeu oriens: tum *Tempus meridianum* & *ætas adulta*; poſtea *tempus crepuſculare* & *ætas devergens vel ſenilis*; quod hæc ſibi correſpondeant, ex ſe apparet, nam in omnium ſermone allegorice verſantur. (2.) Tum etiam *increſcit* & *adoleſcit*. (3.) *Aurora, intellectus primo eluceſcens*. (4.) *Umbra crepuſcularis, intellectus obſcurus*. (5.) *Dies medius, intellectus conſummatus*, ſeu *judicium maturum*, quale eſt in ætate adulta.

Regulæ. (1.) Exemplaria ſunt in mundo ſpirituali. Imagines & typi ſunt in regno animali; Simulacra vero in natura. (2.) Sunt plures ſpecies repræſentationum, ſeu correſpondentiarum. Prima ſpecies dicenda eſt *Harmonica*, qualis eſt inter lumen, intelligentiam, Sapientiam; inter conatum & voluntatem, inter modificationem, ſenſationem, imaginationem & plura, ſimilis eſt inter imagines, viſus & ideas, deinceps rationes, quæ ſibi mutuo correſpondent tanquam termini in analogia ſucceſſiva. Secunda ſpecies eſt *allegorica*, fitque per ſimilitudines; ita res ſpirituales ſolemus naturaliter explicare, nam omnes voces ſpirituales ſunt qualitates occultæ; hæc ſpecies in ſacris eſt admodum frequens. (3.) Tertia eſt *typica*, fitque per ſimulacra, totidem ac in Eccleſia Judaica, quibus Chriſtus & Eccleſia Chriſtiana, & quibus in hac Eccleſia regnum Dei & ſocietas cœleſtis repræſentatur. Quarta eſt *fabuloſa*, apud antiquos in uſu, qui res geſtas ſuorum Heroum fabuloſis figmentis involverunt, tales ſunt repræſentationes poetarum, & tales ſunt ſomniorum. (3.) Credere fas eſt quod univerſus mundus typis refertiſſimus ſit, ſed quod pauciſſima cognoſcamus, præſens enim tempus ſemper involvit futurum, & contingentium datur nexus & catena, quatenus Providentiæ Divinæ eſt conſtantiſſimus tenor & influxus. (4.) Quod Scripturam Sacram ſic liceat interpretari; nam Spiritus naturaliter loquitur ut & ſpiritualiter.

INDEX

INDEX

CORRESPONDENTIARUM.

A.

ACTIO, motus, operatio. Ex. 1.
Adoleſcit, increſcit. Ex. 21.
Æquilibrium, ratio moderatrix, libertatis uſura. Ex. 3.
Æquilibrium, æquitas, juſtitia, ordo.
Æquitas, æquilibrium, juſtitia, ordo.
Ætas adulta, tempus meridianum. Ex. 21.
Ætas devergens, ſenilis, Tempus crepuſculare. Ex. 21.
Ætas obſcura in utero, tempus nocturnum, nox. Ex. 21.
Ætas puerilis, tempus matutinum, mane. Ex. 21.
Æternitas, tempus, celeritas.
Affectio, modificatio, cogitatio, imaginatio, ſenſatio. Ex. 17.
Affectio animi, amor. Ex. 9.
Affectiones gratæ, ſententiæ, colores candidi. Ex. 19.
Affectiones ingratæ, colores obſcuri, hypotheſes. Ex. 19.
Afficere male, pervertere, condemnare; Ex. 9.
Affirmativum, poſitivum, amabile. Ex. 17.
Agere, facere, efficere, producere, creare, gignere.
Albedo, veri intelligentia, veritas. Ex. 18.
Amabile, poſitivum, affirmativum. Ex. 17.
Amarum vel malum, dubium, nebuloſum. Ex. 20.
Amœna, evidentia, clara. Ex. 20.
Amœnum, ambiguum, obſcurum, ambiguum. Ex. 20.
Ambiguum, obſcurum, inamœnum. Ex. 20.
Ambitio, ſuperbia, tumefactio, expanſio, calor.

Amor, concordia, unanimitas, harmonia. Ex. 10. 11. 12.
Amor, affectio. Ex. 9.
Amor ſalutis noſtræ, intuitio finis, principium efficiendi. Ex 2.
Amoris documenta, inclinationes, phænomena. Ex. 6.
Amores, fines, objecta. Ex. 14.
Analytice, analogice, proportionaliter, rationaliter. Ex. 19.
Angeli, intellectus humani, lumina ſecundaria. Ex. 16.
Angeli mali, intellectus falſi, lumina fatua. Ex 16.
Angeli, atmoſphæra, animus. Ex. 7.
Angeli, ſtellæ, flammæ, ignes, ſpiritus.
Anima, cauſa, principium, ratio, origo.
Anima, Sol, Deus. Ex. 7.
Animus, angeli, atmoſphæra. Ex. 7.
Apparet, putatur, creditur. Ex. 15.
Atmoſphæra, angeli, animus. Ex. 7.
Aura, mens rationalis, ſpiritus. Ex. 7.
Aurora, intellectus primo clueſcens. Ex. 21.

B.

Benevolentia, facultas, gratia. Ex. 2.
Bonitas rei, veritas rei, qualitas objecti. Ex. 15.
Bonum & amœnum, evidens, clarum. Ex. 20.
Bonum, verum, perfectum. Ex. 17.
Bonum ſummum, Harmonia vera. Ex. 9.

C.

Calor, ambitio, ſuperbia, tumefactio, expanſio.
Cauſa, principium, origo, ratio, anima.
Celeritas, determinatio actionis quoad gradus & momenta, rerum ſucceſſio. Ex. 4.
Celeritas, tempus, æternitas.
Clara, evidentia, amœna vel bona. Ex. 20.
Clarum, purum, ſacrum, ſanctum.
Cœlum, felicitas, gaudium, jucunditas, pulchritudo. Ex. 9.
Cogitatio, ſenſatio, imaginatio, modificatio, affectio. Ex. 17.
Color, opinio, voluntas.
Colorificationes, conjecturæ, opiniones. Ex. 18.
Colores candidi, ſententiæ, affectiones gratæ. Ex. 19.
Colores obſcuri, hypotheſes, affectiones ingratæ. Ex. 19.
Conatus, vis. Ex. 1.
Conatus, voluntas, providentia. Ex. 1. 2.

Compreſſio,

Compreſſio, conſtrictio, timor, pavor, frigus.
Concordia, unanimitas, amor, harmonia. Ex. 10. 11. 12.
Condemnare, male afficere, pervertere. Ex. 9.
Conjecturæ, opiniones, colorificationes. Ex. 18.
Conjungere, conſociare, unire. Ex. 10.
Contrarietas, hoſtilitas, inimicitia, odium.
Conſtrictio, compreſſio, timor, pavor, frigus.
Conſociare, conjungere, unire. Ex. 10.
Creare, gignere, agere, facere, efficere, producere.
Creditur, putatur, apparet. Ex. 15.
Crepuſculare tempus, ætas devergens, ſenium. Ex. 21.
Crepuſcularis umbra, intellectus obſcurus. Ex. 21.
Crimen, culpa, peccatum, vitium, labes, macula.
Culpa, crimen, peccatum, vitium, labes, macula.
Curſus naturæ, fatum, providentia, fortuna.

D.

Damnare, male afficere, pervertere. Ex. 9.
Deformitas, injucunditas, triſtitia, infelicitas, infernum. Ex. 9.
Deſtruere, extinguere, interficere, mortificare ſpiritualiter. Ex. 9.
Determinatio actionis quoad gradus & momenta, celeritas, rerum ſucceſſio. Ex. 4.
Deus vel Divina mens, mens rationalis, natura. Ex. 1.
Deus, anima, ſol. Ex. 7.
Dies, dies medius, intellectus conſummatus, judicium maturum. Ex. 21.
Directio, intentio, Divina diſpoſitio. Ex. 4.
Diſcordia, diſharmonia, odium. Ex. 10.
Diſharmonia, diſcordia, odium. Ex. 10.
Diſharmonia, malum. Ex. 9.
Disjungere, diſſociare, ſeparare. Ex. 10.
Diſpoſitio Divina, directio, intentio. Ex. 4.
Diſſimulare, ſpeciem veri mentiri, ſucare, pingere. Ex. 19.
Diſſociare, disjungere, ſeparare. Ex. 10.
Dogmata, præcepta, regulæ, leges.
Dolor juſtus, zelus, furor, ira, tempeſtas, ignis, excandeſcentia.
Dubitatio, ſpes, fluctuatio.
Dubium, nebuloſum, amarum & malum. Ex. 20.
Dulce vel bonum, manifeſtum, ſerenum. Ex. 20.

E.

Effectus, finis, finis finium. Ex. 2.
Efficere, producere, facere, agere, creare, gignere.
Efficiendi principium, finis intuitio, amor ſalutis quæ eſt finis finium. Ex. 2.
Ens rationis, nihil. Ex. 17.
Evidentia, clara, amœna vel bona. Ex. 20.
Excandeſcentia, ignis, tempeſtas, ira, furor, zelus, juſtus dolor.
Expanſio, tumefactio, ſuperbia, ambitio, calor.
Extinguere, interficere, deſtruere, ſpiritualiter mortificare. Ex. 9.

F.

Facere, efficere, agere, producere, gignere, creare.
Facultas, benevolentia, gratia. Ex. 2.
Falſum, malum, imperfectum. Ex. 17.
Falſum, nigrum. Ex. 18.
Fatum, providentia, fortuna, naturæ curſus.
Felicitas, gaudium, cœlum, jucunditas, pulchritudo. Ex. 9.
Felix in ſpirit. pulchrum, formoſum, perfectio formæ.
Fidem habere, credere, putare, apparere. Ex. 15.
Finis, finis finium, effectus. Ex. 2.
Finis intuitio, principium efficiendi, amor ſalutis noſtræ. Ex. 2.
Fines, amores, objecta. Ex. 14.
Flammæ, ignes, ſtellæ, angeli, ſpiritus.
Fluctuatio, ſpes, dubitatio.
Formæ perfectio } pulchrum, felix in ſpirit.
Formoſum }
Fortuna, fatum, providentia, naturæ curſus.
Frigidum lumen, verum abſque bono.
Frigus, pavor, timor, conſtrictio, compreſſio.
Fucare, ſpeciem veri mentiri, diſſimulare. Ex. 19.
Furor, ira, zelus, juſtus dolor, tempeſtas, ignis, excandeſcentia.

G.

Gaudium, felicitas, cœlum, jucunditas, pulchritudo. Ex. 9.
Genuinum, verum. Ex. 16.
Gignere, creare, agere, facere, efficere, producere.
Gloria, honor, ſplendor.
Gradus, celeritas, ſucceſſio. Ex. 4.

Gratia,

Gratia, benevolentia, facultas. Ex. 2.
Gravitas, indeterminatio. Ex. 5.

H.

Harmonia vera, ſummum bonum. Ex. 9.
Harmonia, concordia, unanimitas, amor. Ex. 10. 11. 12.
Homo, mundus, ſocietas humana. Ex. 3.
Honor, gloria, ſplendor.
Hoſtilitas, contrarietas, inimicitia, odium.
Hypotheſes, conjecturæ, colores obſcuri, affectiones ingratæ. Ex. 19.

I.

Idea perceptibilis, imago perſpicua. Ex. 17.
Ideæ, rationes, objecta.
Ignavia, vis inertiæ. Ex. 5.
Ignes, flammæ, ſtellæ, angeli, ſpiritus.
Ignis, excandeſcentia, tempeſtas, ira, furor, zelus, dolor juſtus.
Ignorantia, intellectus obſcurus, inſipientia, umbra. Ex. 13. 14.
Ignorantia veri, tenebræ, inſania. Ex. 14.
Imaginatio, ſenſatio, cogitatio, modificatio, affectio. Ex. 17.
Imago perſpicua, idea perceptibilis. Ex. 17.
Imperfectum, falſum, malum. Ex. 17.
Impurum, profanum, turbulentum, inclarum.
Inamabile, privativum, negativum. Ex. 17.
Inactio, quies. Ex. 5.
Inclarum, turbulentum, impurum, profanum.
Inclinationes, phænomena, amoris documenta. Ex. 6.
Increſcit, adoleſcit. Ex. 21.
Indeterminatio, gravitas. Ex. 5.
Indifferentia, vis paſſiva. Ex. 5.
Inertiæ vis, ignavia. Ex. 5.
Infelicitas, injucunditas, triſtitia, infernum, deformitas. Ex. 9.
Infernum, infelicitas, injucunditas, triſtitia, deformitas. Ex. 9.
Injucunditas, infelicitas, infernum, triſtitia, deformitas. Ex. 9.
Inimicitia, odium, hoſtilitas, contrarietas, oppoſitio.
Inſania, ignorantia veri, tenebræ. Ex. 14.
Inſipientia, ignorantia, umbra. Ex. 14.
Intellectus obſcurus, ignorantia, umbra crepuſcularis. Ex. 13. 21.
Intellectus conſummatus, judicium maturum, dies, dies medius. Ex. 21.
Intellectus primo eluceſcens, aurora. Ex. 21.
Intelligentia, vita, vires activæ. Ex. 7.
Intelligentia, lumen, ſapientia. Ex. 7. 14.

Intellectus humani, angeli, lumina ſecundaria. Ex. 16.
Intellectus falſi, angeli mali, lumina fatua. Ex. 16.
Intentio, directio, divina diſpoſitio. Ex. 4.
Interficere, extinguere, mortificare ſpiritualiter. Ex. 9.
Ira, furor, zelus, juſtus dolor, ignis, excandeſcentia, tempeſtas.
Jucunditas, pulchritudo, gaudium, felicitas, cœlum. Ex. 9.
Judicium maturum, intellectus conſummatus, dies medius. Ex. 21.
Juſtitia, æquitas, æquilibrium, ordo.

L.

Labes, macula, culpa, crimen, peccatum, vitium.
Leges, regulæ, præcepta, dogmata.
Lex, neceſſitudo naturalis. Ex. 12.
Libertatis verſus uſus, æquilibrium, ratio moderatrix. Ex. 3.
Lumen frigidum, verum abſque bono.
Lumen, intelligentia, ſapientia. Ex. 7. 14.
Lumina fatua, intellectus falſi, angeli mali. Ex. 16.
Lumina ſecundaria, intellectus humani, angeli. Ex. 16.

M.

Macula, labes, crimen, culpa, peccatum, vitium.
Malum, diſharmonia. Ex. 9.
Malum, falſum, imperfectum. Ex. 17.
Mane, matutinum tempus, ætas puerilis. Ex. 21.
Manifeſtum, ſerenum, dulce vel bonum. Ex. 20.
Matutinum tempus, mane, ætas puerilis. Ex. 21.
Mens rationalis, oculus. Ex. 18.
Mens rationalis, mens divina, Deus, natura. Ex. 1.
Mens rationalis, aura, ſpiritus. Ex. 7.
Meridianum tempus, ætas adulta. Ex. 21.
Momenta, celeritas, ſucceſſio. Ex. 4.
Mortificare ſpiritualiter, extinguere, deſtruere, interficere. Ex. 9.
Modificatio, ſenſatio, imaginatio, cogitatio, affectio. Ex. 17.
Motus, actio, operatio. Ex. 1.
Mundus, homo, ſocietas humana. Ex. 3.

N.

Naturæ curſus, fatum, providentia, fortuna.
Natura, vita humana, vitæ generis humani curſus. Ex. 7.

Natura,

Natura, Deus, mens rationalis. Ex. 1.
Nebuloſum, dubium, amarum vel malum. Ex. 20.
Neceſſitudo naturalis, lex. Ex. 12.
Negativum, privativum, inamabile. Ex. 17.
Nigrum, falſum. Ex. 18.
Nihil, ens rationis. Ex. 17.
Nox, nocturnum tempus, ætas obſcura in utero. Ex. 21.

O.

Objecta, ideæ, rationes.
Objecta, fines, amores. Ex. 14.
Objecti qualitas, rei veritas, rei bonitas. Ex. 15.
Objectum, res. Ex. 15.
Obſcurum, ambiguum, inamœnum vel malum. Ex. 20.
Oculus, mens rationalis. Ex. 18.
Odium, diſcordia, diſharmonia. Ex. 10.
Odium, oppoſitio, inimicitia, hoſtilitas, contrarietas.
Origo, principium, cauſa, anima, ratio.
Ordo, æquitas, juſtitia, æquilibrium.
Operatio, motus, actio. Ex. 1.
Opinio, color, voluntas. Ex. 17.
Oppoſitio, odium, inimicitia, hoſtilitas, contrarietas.

P.

Paſſiva vis, indifferentia. Ex. 5.
Pavor, timor, frigus, conſtrictio, compreſſio.
Peccatum, vitium, crimen, culpa, labes, macula.
Pelluciditas, veritas, albedo, tranſparentia. Ex. 18.
Perfectio formæ, formoſum, pulchrum, felix.
Perfectum, verum, bonum. Ex. 17.
Pervertere, male afficere, condemnare. Ex. 9.
Phænomena, inclinationes, amoris documenta. Ex. 6.
Pingere, fucare, ſpeciem veri mentiri, diſſimulare. Ex. 19.
Poſitivum, affirmativum, amabile. Ex. 17.
Præcepta, regulæ, dogmata, leges.
Principium, cauſa, anima, ratio, origo.
Privativum, negativum, inamabile. Ex. 17.
Producere, efficere, facere, agere, creare, gignere.
Profanum, impurum, turbulentum, inclarum.
Proportionaliter, rationaliter. Ex. 19.
Providentia, voluntas, conatus. Ex. 1. 2.

Providentia, fatum, fortuna, curſus naturæ.
Pulchritudo, jucunditas, gaudium, felicitas, cœlum. Ex. 9.
Pulchrum, formoſum, perfectio formæ, felix.
Purum, clarum, ſacrum, ſanctum.
Putatur, creditur, apparet. Ex. 15.

Q.

Qualitas objecti, veritas rei, bonitas rei. Ex. 15.
Quies, inactio. Ex. 5.

R.

Ratio, cauſa, principium, origo, anima.
Ratio moderatrix, libra rationalis, æquilibrium, verus libertatis uſus. Ex. 3.
Rationis ens, nihil. Ex. 17.
Rationaliter, proportionaliter. Ex. 19.
Rationes, ideæ, objecta.
Regulæ, leges, præcepta, dogmata.
Rei veritas, rei bonitas, objecti qualitas. Ex. 15.
Res, objectum. Ex. 15.

S.

Sacrum, ſanctum, purum, clarum.
Sanctum, ſacrum, purum, clarum.
Sapientia, intelligentia, lumen. Ex. 7. 14.
Senectus, ætas devergens, tempus crepuſculare. Ex. 21.
Senſatio, imaginatio, cogitatio, modificatio, affectio. Ex. 17.
Sententiæ, colores candidi, affectiones gratæ. Ex. 19.
Separare, disjungere, diſſociare. Ex. 10.
Serenum, manifeſtum, dulce vel bonum. Ex. 20.
Societas humana, homo, mundus. Ex. 3.
Sol, Deus, anima. Ex. 7.
Spes, dubitatio, fluctuatio.
Spiritus, mens rationalis, aura. Ex. 7.
Spiritus, angeli, ignes, ſtellæ, flammæ.
Stellæ, flammæ, ignes, angeli, ſpiritus.
Stultitia, inſania, ignorantia veri, tenebræ. Ex. 14.
Succeſſio rerum, celeritas, determinatio actionis quoad gradus & momenta. Ex. 4.
Superbia, ambitio, tumefactio, expanſio, calor.

T.

Tempeſtas, ira, furor, zelus, juſtus dolor, ignis, excandeſcentia.
Tempus, æternitas, celeritas.
Tempus, celeritas, ſucceſſio rerum. Ex. 4.
Tempus nocturnum, ætas obſcura in utero. Ex. 21.
Tempus matutinum, ætas puerilis. Ex. 21.
Tempus meridianum, ætas adulta. Ex. 21.
Tempus crepuſculare, ætas devergens, ſenilis. Ex. 21.
Tenebræ, ignorantia veri, inſania. Ex. 14.
Timor, pavor, conſtrictio, compreſſio, frigus.
Triſtitia, infelicitas, infernum, injucunditas, deformitas. Ex. 9.
Tumefactio, expanſio, ſuperbia, ambitio, calor.
Turbulentum, inclarum, impurum, profanum.

U. V.

Velocitas, gradus, ſucceſſio. Ex. 4.
Veri ſpeciem mentiri, diſſimulare, fucare. Ex. 19.
Veritas, veri intelligentia, albedo, pelluciditas, tranſparentia. Ex. 18.
Veritas rei, bonitas rei, qualitas objecti. Ex. 15.
Verum, quale. Ex. 15.
Verum genuinum. Ex. 16.
Verum, bonum, perfectum. Ex. 17.
Verum abſque bono, lumen frigidum.
Vires activæ, vita, intelligentia. Ex. 7.
Vis & conatus. Ex. 1.
Vis inertiæ, ignavia. Ex. 5.
Vis paſſiva, indifferentia. Ex. 5.
Vita, intelligentia, vires activæ. Ex. 7.
Vitæ humanæ, generis humani, naturæ curſus. Ex. 7.
Vitium, peccatum, culpa, crimen, labes, macula.
Umbra, ignorantia, intellectus obſcurus, inſipientia. Ex. 13. 14.
Umbra crepuſcularis, intellectus obſcurus. Ex. 21.
Unanimitas, concordia, harmonia, amor. Ex. 10. 11. 12.
Unire, conſociare, conjungere. Ex. 10.
Voluntas, conatus, providentia. Ex. 1. 2.
Voluntas, opinio, color. Ex. 17.

Z.

Zelus, juſtus dolor, ira, furor, tempeſtas, ignis, excandeſcentia.

F I N I S.

BX
8712
A7
1784

Swedenborg, Emanuel
Clavis hieroglyphica

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 01 16 09 003 4